Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Iero. Non enim omnis emundat. Sequitur. Amen dico vobis quod iam non bibam ex hoc genimine vitis usque in diem illum cum illud bibam novum in regno dei. Glosa. Quasi diceret: non bibam deinceps vinum usque ad resurrectionem. Regnum enim resurrectionem vocat, quia tunc regnaverit contra mortem. Post resurrectionem vero bibit cum discipulis et comedit, quia ostendens quod idem ipse esset qui passus est. Novum autem bibit, id est novo quodam modo et alieno. Non enim corpus habebat passibile indigens cibo, sed immortale et incorruptibile. Intelligendum est autem et sic. Vitis est ipse dominus, genimen vitis misteria et virtutis occultus que ipse generat, quod doctrinam suam in regno autem dei, id est in futuro seculo bibet cum suis discipulis misteria et sapientiam, nova quedam nos docens et revelans que nunc occultantur. Beda. Vel aliter. Vitem suam vineam dominus appellat synagogam, Ysaias testante dicens: Vinea domini sabaoth domus Israel est. Iturus ergo dominus ad passionem ait: Iam non bibam de genimine vitis etc. Ac si aperte diceret: Non ultra carnalibus synagoge cerimoniis delectabor, in quibus et ista paschalis agni sacra locum tenuere precipuum. Aderit enim tempus mee resurrectionis, aderit dies illa cum in regno dei positus, id est gloria vite immortalis sublimatus de salute eiusdem populi fonte gratie spiritualis regenerati novo tamen gaudio perfundar. Iero. Considerandum est autem quod hic dominus mutat tantum sacrificium sed non mutat tempus, ut nos numquam cenam domini ante quartam decimam lunam faciamus. Qui facit in xiiii. resurrectionem in xiiii. luna cenam domini faciat, quod numquam est in veteri testamento nec in novo inventum est. Glosa.

Et hymno dicto exierunt in montem oliveti.

Sicut gens egente aliquam vincente, ita et gratias agunt et postquam biberunt. Unde dicitur: Et hymno dicto exierunt in

Et ait illis ihesus: Omnes scandalizabimini in me in nocte ista. Scriptum est enim: Percutiam pastorem et dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero precedam vos in galileam. Respondens autem Petrus ait ei: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. Ait illi ihesus: Amen dico tibi quia in hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit

montem oliveti. Iuxta ... psalmista: Ad discipulos et ante eundem Christus convivii gratias reddere actiones. Iero. Ympnum enim dicit laudem deo, ut est in psalmo: Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt dominum qui requirunt eum. Et adoraverunt et manducaverunt omnes pingues terre. Glosa. Sic et nos ostendit quod amplexatus est eum super providentiam, quia cum tradendus esset, dominum laudare dignatus est, docens nos cum in angustias incidimus propter misterium sanitatem, non contristari, sed deo gratias agere, quia in mundi tribulacione operatur misterium sanitatem. Beda. Post et ympnum in monte secessit, quod dominus et loyem pater gratias agens dicit sanctam in ... se ipsum et pro discipulis et pro eis qui per verbum ipsorum credituri erant, elevatis sursum oculis precatur. Glosa. Exiturus quidem in montem, ut ad eum solitarium existentem accedentes ipsum caperent, absque tumultu. Si enim accessissent cum in civitate manebat, forte fuisset tumultus ... populi